



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

42. An Domini vocando servos Christianos canes, vel si graviter eos  
verberent, ex levi culpa peccent mortaliter? Et an peccent Domini, si sint  
notabiliter negligentes in corrigendis servorum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

# De Seruis, seu Mancipiis. Resol.XL. &c. 447

equivalente al daño; porque qualquiere miembro del cuerpo es mas amable, i precioso, que la libertad. Ita illa e.

2. Sed Trullench. in tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 7. num. 7. & Filiuciis tom. 2. tract. 28. part. 2. cap. 4. num. 72. absoluē negatiuum sententiam tenet; sic enim ait. Quamvis Dominus non sit dominus membrorum serui, sicuti neque vita, sed tantum operarum, & obsequij à seruo præstandi per totam vitam; tamen sicut pro bono vita nihil est restituendum; sed tantum pro danno illato familiae, vel heredibus ex priuatione illius, qui iis utilis & lucrosus erat; ita pro bono integratatis corporis nihil est restituendum vt sic, sed tantum pro danno operarum, & priuatione luci ex amputatione membra consequente: Hoc autem dammnum, quia spectat ad dominum, non erit ipsimet seruo restituendum. Superest ergo, vt ad nihil teneatur. Azor tamen probabiliorem censem primam sententiam, & consequenter obligari dominum ad dimittendum seruum liberum; eius tamen ratio non admodum vrget. Licet enim corporis membrum sit pretiosius libertate, vt sic tamen astimabile non est. Quod si astinaretur ratione utilitatis & fructus ex illo: iam eius ipse Dominus habet dominium; idēque nil superest quod restituat. Ita Filiuciis. Ego vero amplector utramque sententiam tanquam probabilem.

## RESOL. XL.

An licitum sit in pœnam delicti alicuius aduere mancipia guttis accensi adipis, vel cerae? Ex p.7. tr. 7. Ref. 28.

§. 1. C<sup>ontra</sup> tertium est posse dominos punire seruos non autem pena atrocis; pœna vero atrox in proposito præter morteni, de qua non est dubium, ellet mutilationis, vulneris, flagellorum publicorum per vias publicas, aut in alio loco publico, & aliae similes. Item pena atrox est tam grauia verbera, percussione, adustiones, aut similia alia, quæ filium, aut seruum exponerent vita periculo, aut notabilis diminutionis illius, vel periculo amissionis membra, aut parti illius. Procedere ergo potest Pater aut dominus in puniendo filio, vel mancipio, ad verbera, & iecus ex quibus non immineat detrimentum notable, aut lassio, etiam verberibus, aut alia percussione, excoierit aliquid; modò tamen delictum tanta pena sit dignum.

2. Vtrum autem licitum sit aduere mancipia, alijs, aut cera accensis vt ab aliquibus dominis fieri conueit. Non auderem id dammare, quando moderate fieret, & sine periculo vita, aut notabilis lassionis mancipij, & quando delictum est tanta pena dignum, aut mancipio adeo est durum ac in corrigibile, vt necessaria illi iudicaretur tanta pena, vt corrigetur, & continetur in officio. Semper tamen confundendum est dominus, vt potius vntantur penis mitioribus. Et hac omnia docet Molina tom. 4. tract. 3. disput. 2. num. 14. cui nouissime adhaeret Machadus tom. 2. lib. 6. part. 7. tract. 12. docum. 2. num. 2. vbi sic ait. Los Doctores disputan si sea licito al señor pringar a su esclavo; y aunque es así, que parece crueldad grande, è inhumanidad: contodo esto el Padre Molina no lo condene, cosa tal que se haga con moderacion, y sin peligro notable de la vida, ó salud del esclavo; y quando su delito, incorregibilidad, y contumacia merecieren tal genero de castigo. Si bien el mismo aconsela que los señores viesen de castigos menos rigorosos con sus esclavos, accordandose que sou tambien hijos de Dios, y redi-

Tom. VII.

midos con la sangre preiosa de Iesu Christo nuestro señor. Ita illa.

## RESOL. XLI.

An servi possint signari à Dominis in facie? Ex p.7. tr. 7. Ref. 22.

§. 1. N<sup>on</sup> egatuē respondet Joannes de Heuia <sup>et</sup> Curia Philippica tom. 2. lib. 1. cap. 7. num. 3. Sed affirmatiuum sententiam docet Molina tom. 4. tract. 3. disput. 2. num. 14. vbi sic ait. Vtrum sit licitum signare mancipia in facie. Affirmanter est refondendum, esto nulla illorum antecedat culpa, quando periculum est amissionis illorum, nisi ita signentur; ed quod eiusmodi sint, de quibus nullus praesumet ea esse mancipia; aut quando fugitiua sunt, atque in pœnam, & vt coëcentur a fuga, meliusque inueniantur, ratio ipsa postulat, vt signentur. Et hanc sententiam communem esse testatur Machadus tom. 2. lib. 6. part. 7. tractatu 12. docum. 2. num. 4.

## RESOL. XLII.

An Domini vocando seruos Christianos, Canes vel si grauiter eos verberant ex leui culpa peccent mortali?

Et an peccent Domini, si sint notabiliter negligentes in corrigendis seruorum peccatis, in procurandis ijs, quæ sunt necessaria ad salutem seruorum, vt suscep<sup>tio</sup> Sacramentorum, audito<sup>r</sup> Missæ, &c. vel si inbeat<sup>ur</sup> aliqua, quæ servi facere non possunt sine peccato, aut si eos onerant laboribus intolerabilibus? Exp. 7. tr. 7. Ref. 48. alias 47.

§. 1. V<sup>er</sup> idetur affirmatiū respondendum ex Trulench. in Decalog. to. 1. lib. 4. c. 1. dub. 6. n. 2. vbi sic ait. Hinc sequitur posse grauiter peccare dominos, precipuē in iis. Primo si sint notabiliter negligentes in procurandis iis, quæ sunt necessaria ad salutem seruorum, vt est suscep<sup>tio</sup> sacramentorum suo tempore, Missæ auditio, & alia hujusmodi. \* Secundo, si sint negligentes in corrigendis eorum peccatis. Tertio, si jubeant aliqua, quæ servi facere non possunt sine peccato mortali. Quartu<sup>s</sup>, cum eos onerant laboribus intolerabilibus. Quinto, cum eos afficiunt contumelias, vt vocando seruos Christianos, canes. Sexto, si grauiter verberant, ex leui culpa. Ita illa, in quibus casibus Domini videntur peccare. Ergo, &c. sed communiter dominos, vocando seruos Christianos canes, puto excusat<sup>e</sup> peccato, quia ex ira, & ex indeliberatione talem solent proferre iniuriam.

## RESOL. XLIII.

An Domini propter nimiam sauitiam cogendi sint seruos vendere? Ex p.7. tr. 7. Ref. 65. alias 64.

§. 1. R<sup>espondeo</sup> affirmatiū cum Menochio de Arbitr. cent. 2. cas. 138. ex l. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuriis. Sed & maior. in qua afferuntur, quod dominus seruos vendere cogatur. Si in eos post medium sauerit, sicut cogitatur Pater emancipare filium, ut lege à quæ acerbis quam pro paterna pietate tractari l. vlt. Domus si a pat. quis man. fuer. Goll. in §. vlt. I. quibus ius pat. pot. soli. Item ob sauitiam soij licet etiam ante tempus à societate recedere, l. si conuenierit ff. Pro socio Item Vassallus nimium sauviendo in subditos ius feudi amittit. Cyn. & Bald. in dict. lib. 2. Alexand.

Pp 2 in